

CONDITIONES
PACIS,

A M A G N O
M O S C O V I Æ
D V C E P E T I T Æ,
à serenissimo Rege Polonia concessa,
in presentia legati summi pon-
tificis à Molcho venientis
transacta Zapollka
Iania.

Anno Domini

M. D. LXXXII.

die XV. January.



MAGDEBURGI.



T sue Maieſtatis exercitus ſoluta Pleſcouie obſidione eſt ditionibus Moſchi deducatur.

Incendia & agrorum populationes ceſſent & prohibeantur.

Vt decennales inducie dentur.

Vt arces in Moſcouia anno ſuperiore captæ Velicolucum, Uhelma, Zawolocia, Neuella, tum & quæ hoc anno Oſtroukraſſnihorodek, VVoronecia, VVicliha, cæteraq; caſtella ad Pleſcouiam pertinentia, cum tormentis & apparatu bellico, quæ exuſta non eſſent, reddantur.

*E. XIV 353
W. 2711
P. Kob 814.*

In præmium horum Magnus Moſcouie Dux omnibus arcibus & poſſeſſionibus, quas in Liouonia, quocunq; modo queſitas habuit, atq; adeo vniuerſæ Liouonia poſſeſſione, cum tormentis bellicis & armamentarijs, cum quibus ea ceperat, cedit.

Non repetit Moſchus arces VVeliliſiam, VVuſatum, Ozeriſeze, Soculum, cæteraq; bello captas & Poloczkuſpectantes.

*Arces in Liouonia ſtatim ſpacio dierum quindecim, ac primo loco Derpatum, Felinum, Pernas
uſa &*

nia & Nouotzoro dek ex parte Moschi tradentur.
Reliquae verò omnes ante proximam diem quartam
Martyj. Quarum series est ista: Kokonausz,
Skrounij, Lenewarth, Kruczberk, Borzum, Cressio-
ni, Tuzikath, Rounij, VViodrimierzecz, Alisch,
Gorora, Laudun, Holbin, Rzeciszca, Luczen,
VVlech, Prerkiel, Salace, Kyerepecz, Mukoro,
Randziesz, Rimbol, Konboth, Kauliecz, Kurskor,
Lauise, Taruaß, Pelzero, Peride, Velian, &
aliae non tam arcium, quàm curiarum aedificium
pro se ferentes.

Ex parte Naruae & aliarum arcium per Sere-
nissimum Regem Sueciae captarum, protestati sunt
legati Serenissimi Regis Poloniae, suam Maiestatem,
non obstante pacificatione ius suum prosequuntur am.

Ante praescriptam quartam diem Martyj, ea
quae Serenissimi Regis, tum & quae Moschi sunt ex
restituendis vtrinque arcibus deduci debent. Si quid
per temporis breuitatem deduci fortè non possit, res-
lictum sub custodia donec deductum fuerit manere
debet.

Custodes & vectores vtrinque securi esse debent.

In deducendis hominibus, tormentis, ceterisque
rebus vis atque omnis dolus abesse debet.

*Ad praestandum à Moscho iuramentum , in
ratificatione conditionum pacis Regis Poloniae
Oratores in Moschouiam pro die decima Iunij. Orato-
res verò Moschouitici in Poloniam ad quinaecimam
diem Augusti venire debent.*

*Transactio de captiuis intacta , tam etiam de
re compensa pecuniaria ad tractationem per orato-
res reiecta est.*

